

gotiationem exercentibus serio præcipimus, ne quis prædictam  
Oswaldi Crollii B A S I L I C A M C H Y M I C A M , & Latino i-  
diomate conscriptam , & in Germanicum translatam per de-  
cem annorum spatum, à prima cuiusque editionis die computan-  
dum intra Sacri Romani Imperii Regnorumque & Dominiorum  
nostrorum hæreditariorum fines , simili aut alio quo quis typo vel  
forma, siue in toto siue in parte recudere, aut alio recudendam da-  
re vel alibi etiam impressam adducere , vendere aut distrahere ,  
clam vel palam citra voluntatem & consensum prænominati Go-  
defridi Tampach, eiusque hæredum præsumat.

Si quis verò secus fecerit, & Priuilegium hoc Nostrum Cæ-  
fareum spernere , negligere , aut transgredi ausus fuerit , eum  
non solum huiusmodi libris perperam quippe recusis & adductis  
( quos quidem Tampach illiusque hæredes & mandatarii vbi-  
cunque deprehensos , siue propriâ auctoritate , vel Magistra-  
tus illius auxilio sibi vendicare poterunt ) de facto priuandum,  
verum etiam poena decem marcharum auri puri Fisco Nostro  
Cæsareo fraudis vindici , & saepedicti Tampach eiusve hæredum  
vlibus ex æquo pendenda decernimus , omni spe venia subla-  
ta, multandum , Dummodo tamen dicta B A S I L I C A , nihil in  
se scandalosum , Orthodoxæ Religioni Catholicæ, Sacrique Ro-  
mani Imperii Constitutionibus aduersum , vel bonis moribus  
contrarium , siue in præfatione , siue in contextu , vel alias conti-  
neat , Et iam dictus Tampach terna vt minimum exemplaria pro-  
priis sumptibus quamprimum ad Cancellariam nostram Imperia-  
lem transmiserit , Mandamus ergo vniuersis & singulis nostris &  
Sacri Imperii Regnorumque & Dominiorum nostrorum hæredi-  
tariorum subditis & fidelibus dilectis , cu uscunque status , gra-  
dus , ordinis , conditionis , dignitatis aut præminentiae existant ,  
tam Ecclesiasticis , quam saecularibus , præsertim verò iis , qui in  
Magistratu constituti , vel proprio vel superiorum suorum nomi-  
ne & loco iuris & iustitiæ administrationem exercent , ne quen-  
quam Priuilegium hoc Nostrum Cæsareum temere & impune  
transgredi , violare aut spernere patiantur , quin potius contuma-  
ces , si quos compererint , præscripta poena plecti , aliisque ido-  
neis modis coerceri current , quatenus eandem multam euitare ,

LAW 30

&